



SANCTA ET FAVSTA
IN DOMINO
CONIVGATIO.



Religio christiana,
non verbis modo iactata, sed culta ex animo,
vt

instituta vitæ humanæ omnia,
cunctas societates,
plurium, paucorum,
publicas, priuatas;
vincula
principis & ciuium,
herorum ac feruorum,
liberorum atque parentum,
amicorum ;

ita
hoc maxime vinculum,
quod DEVS vult esse indissolubile,
quo coniunguntur mas, feminaque,
roborat, perficit, facrat,

sublato firmitatis impedimento, & impuritate profligata.
Isto convictu
christianorum coniugum,
sociatorum in CHRISTO,
in huius amore se caste diligentium,
mutuaque hære, patienterue tolerantium onera,
nil penæ sub sole est beatius:

procul hinc sunt
mala, tam solennia in fausto matrimonio,
sine DOMINI timore inuito, & profanato turpiter,
discordia, suspicio, simultas, odium,
& quas hæc pariunt,
infidiæ, machinationes, propudiosa facta, scelera horrenda:
contra hic floret

suauissima animorum coniunctio, fiducia mutua,
impensissimus amor,
solatium & dulce presidium
sub casibus aduersis,

quibus,
dum mortales, christiani que sumus,
adfligimur :

verbo,
bona illa omnia,
quæ sapientissimus SALOMO latius enarrat,
iisque beatitatem spiritualis adumbrat coniugii,
plenius depicti a diuo PAVLO,
commemorante

ipsum, sponfamque *uocatos legat*,
CHRISTVM & ecclesiam.

Sane
felicem oportet esse statum,
qui tantæ rei, tantæque felicitatis sustineat imaginem,



qua,
tanquam spectaculo clarissimo, iucundissimoque,
regni diuini gloria non incurrente in oculos,
expers purioris gaudii, cœlestisque voluptatis animus
ad hoc querendum diligenter, & abiectis fortunis omnibus,
solicitetur, infligetur, permoueatur.

At utrumque
& res representata, & eius figura,
sanctior coniugum consociatio, & conuersatio religiosa,
rarum valde,
minus tamen hodie, quam olim inolitum.
Seculum nostrum
cum multa alia habet, piis dudum expetita desiderijs,
tum hoc quoque,
aditum scilicet, usumque matrimonij, christianis conuenientiore,
fructum
disciplinæ religiosioris, in ecclesiam reductæ,
& otiosæ veritatis professioni recte iunctæ pietatis.
Si exemplo dicta probari velis,
intuere

par nobile coniugum,
quos hæc lux coniugat,
**VIRVM ADMODVM REVERENDVM ET DOCTISSIMVM,
GOTTHILFVM AVGVSTVM FRAN-
CKIVM,**

MINISTRVM EVANGELII IN HAC VRBE FIDELISSIMVM,

&
NOBILISSIMAM AC ORNATISSIMAM VIRGINEM,

IOANNAM HENRIETTAM,

VIRI NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI

IOANNIS GEORGII RACHALSII,

ÆRARIJ ELECTORALIS SAXONICI,

dum vixit,

SECRETARIJ SPECTATISSIMI,

filiam.

Neutrius patitur modestia
suas hic laudes magnifice recenserit, & exaggerari virtutes:
tantum me finat fateri,
quod dixisse ad laudem satis est,
ambos esse PARENTVM imitatores, & paternæ, maternæque
virtutis æmulos.

TE præsertim,

ADMODUM REVERENDE SPONSE,

quem a multis annis novimus,
quis VENERANDO PATRI, viro summo, similior
non tam externa, quam interiore animi specie?
quis inter discipulos eius, vel cæteros potius filios,
innumeros ferne,
& magnorum, in rem christianam redundantium,

emolumentorum autores, administrosque,
TE studiosior est
communis PARENTIS imitandi, sequendique
sensu, dictis, factis, actu vite universo?
quis post DOMINUM TE maius VENERABILI SENI adfert solatium,
bonisque spem eius proroganda senectutis?
Sed plus interrogo imprudens,
quam TVVS pudor feret, finetque explicari.
Hoc, TE silente, constat,
talem TE esse,
qui possit
religiose auspiciari coniugium,
et pie in eo cum adlecta vite socia vivere.

Superest,
vt,
faustum sit sanctum matrimonium,
optemus,
& pro eius diuturnitate nostra cum TVIS sociemus vota.

Agedum
diuine Spiritus!
incole porro, quæ purgasti, iunxistique casta pectora,
eaque retine in alma coelestis sponfi communionem!
in hoc quotidie coniunctiores fiant novelli coniuges,
illum cupiant, desiderent, complectantur,
ipsi vivant, & seruiant assidue,
ad eum vt adducant quamplurimos,
alienos a DEI, salutisque suæ cura,
conspirent suauiter, contendantque
coniunctis
animis, viribus, precibus!

Is rursum
eos foueat, regat, muniarque
aduersus ea, quæ hominem ab amore DEI disiungunt,
aduersus rerum humanarum asperitates,
& sub his lapsantes erigat, sustentet!


Et sic large impleat,
quæ vouent, optant, precantur
PII PARENTES, amici, beneficiarii,
& in his

ADMODVM REVERENDVM SPONSVM,
fautorem honoratissimum,
impensè colens

I. H. C.

P. P. XXV. IVNII, CIO IO CC XXII.

HALÆ MAGDEBVRGICÆ,
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typ.



2°

Gb 956,

ULB Halle
001 594 751



3

St 2


Walter Becker
Buchbinderei
Halle, Thüringer Str. 24

long





SANCTA ET FAVSTA
IN DOMINO
CONIVGATIO.



Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

